

et, et: Vac his, *quorum*¹²⁵ *Deus venter est*. Si enim potentes aliquid subtraxissent de dignitatibus, plurimi vixissent, qui mortui sunt fame, et illi et isti
 225 in praesenti vita subsidium haberent et non deficerent¹²⁶. Sed erit, quando
*potentes*¹²⁷ *potenter tormenta patientur*, et esurientes bonis replebuntur. Super
 his etiam dominus per sapientem ait: *Sex*¹²⁸ *sunt, quae odit dominus, et septi-*
imum detestatur anima eius, oculos sublimes, linguam mendacem, manus effun-
 230 *currendum in malum, proferentem mendacia testem fallacem, et eum, qui seminat*
inter fratres discordias. Et, ut deceptio in mensuris modis omnibus decline-
 tur, testatur dominus per eundem sapientem: *Pondus*¹²⁹ *et pondus, mensura*
et mensura, utrumque abominabile est apud deum. Et iterum: *Pondus*¹³⁰ *et sta-*
tera iudicia sunt domini, et opera eius omnes lapides saeculi^k. Item in libro sa-
 235 pientiae de invidia cavenda: *Invidia*¹³¹ *diaboli mors intravit in orbem terra-*
rum, imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius. Quod dominus abomi-
 natur, nemo debet uti vel habere, ne abominabilis fiat, si in abominatione
 domini delectatur. De fornicatione inhibenda beatus apostolus Paulus ad
 Thessalonicenses: *Haec*¹³² *est enim voluntas dei, sanctificatio vestra, et abstine-*
 240 *atis vos a fornicatione, ut sciat unusquisque vestrum suum vas possidere in sancti-*
ficatione et honore, non in passione desiderii, sicut et gentes, quae ignorant deum.
 A concubinis omnino abstinendum est, sicut divina docet auctoritas, quia
 nec coniuges sunt nec virgines. Restat ergo illicitam esse copulationem,
 quia propter incontinentiam miscentur, sicut animalia inrationabiliter, a
 245 quibus prohibentur homines, ut per prophetam dicitur: *Nolite*¹³³ *fieri sicut*
equus et mulus, in quibus non est intellectus.

^k) sacculi *Vulgata*.

¹²⁵) Phil. 3, 19.

¹²⁶) Vgl. Hinkmar, De cavendis vitiis c. 2 (Migne, PL 125 Sp. 869 D–870 A).

¹²⁷) Sap. 6, 7.

¹²⁸) Prov. 6, 16–19.

¹²⁹) Prov. 20, 10.

¹³⁰) Prov. 16, 11.

¹³¹) Sap. 2, 24 f.

¹³²) 1. Thess. 4, 3–5.

¹³³) Ps. 31, 9.